CONTROVERSIARVM IVRIS ILLVSTRIORVM

Vſuque frequentiorum,

QVAS IN ARDVIS CAVSIS, PRÆSERTIM FEVDALIBVS, in foro Regiæ Cameræ Summariæ, Sacri Conſilij, ac Supremi Collateralis, tùm Neapolitani, tùm Italici,

APVD INVICTISSIMVM HISPANIARVM REGEM RESIDENTIS

In quæſtionem vocari, diſceptarique vſu venit.

Cum eorumdem Tribunalium Deciſionibus, ac notis rerum iudicatarum.

AVTHORE

FABIO CAPYCIO GALEOTA I. C.

AC PATRITIO NEAPOLITANO,

Inter primos Aduocatorum acerrimo: In Conſiliarium primùm aſſumpto: inde in Fiſcalem Cameræ Aduocatum, ac Regij Patrimonij vindicem.

Tandem in eiuſdem Cameræ Præſidentem delecto,

TOMVS SECVNDVS.

SALAMANCA

VENETIIS, Apud Bertanos, M.DC.LXIV.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.

INDEX CONTROVERSIARVM LIBRI SECVNDI.

Et Articulorum, qui in eis continentur.

CONTROVERSIA I.

AN in dubio viuatur in Regno Iure Francorum, vel Iure Longobardorum in feudorum ſucceſſione; latiſſimè diſputatur, recenſitis tam Antiquorum, quàm Modernorum ſententijs, atque deciſionibus, ad intellectum *Conſtitut. Regni*, *Conſtitutionem Diuæ Memoriæ*, *In aliquibus*, *Vt de ſucceſſionibus*, *& Cap. Regni*, *Conſiderantes*.

CONTROVERSIA II.

Inueſtitura feudi carens clauſula, *ſexus, & ætatis prærogatiua ſeruata*, quomodo interpretanda in Regno. Quid adiecta clauſula, *eaq; omnia in totum*, *vel in partem vendere*. Præſcriptio qualiter interrumpatur. An differat à conſuetudine. Multa notantur ad regulandam ſucceſſionem, ſecundum Ius Francorum in feudis, ex clauſula, *pro te, & hæredibus, ex corpore*, & ex vſu familiarum.

CONTROVERSIA III.

Explicatur intellectus *Cap. Regni, Conſiderantes*, quod admiſerit fratrem ad ſucceſſionem feudi, non obſtante clauſula, *ex corpore*, ſuppoſito tamen iure Primogenituræ, tam in feudis titulatis, quàm in Baronijs.

CONTROVERSIA IV.

Cognitio an feudum ſit diuiduum, vel indiuiduum, num ſit remittenda ad Regiam Cameram, ad intellectum *Pragm. Regni 62. de off. Procur. Cæſar.* Multa notantur, ex quibus cognitio cauſæ ſpectat ad Reg. Cam. propter intereſſe Regij Fiſci.

CONTROVERSIARVM IVRIS ILLVSTRIORVM

Quas in quæſtionem vocari ſæpiſsimè vſu venit, cum Deciſionibus, ac notis rerum iudicatarum.

AVCTORE

FABIO CAPYCIO GALEOTA I.C.

Ac Patricio Neapolitano.

Regio primùm Conſiliario, ac Fiſci Patrono Regij Patrimonij, iuriumque regalium; nunc verò Reg. Cam. Præſidente.

LIBER SECVNDVS.

SVMMARIVM.

1 IVS ciuile (quod Ius ſcriptum appellatur,) eſt, quo omnes populi partim proprio, partim communi Iure vtuntur, & tacito conſenſu per deſuetudinem abrogatur, & ex tempore variatur.

2 Ius non ſcriptum, ſiue illa iuris pars, quę ex Iure non ſcripto ſumpſit originem hodie vt plurimū in ſcriptis redacta eſt & cōſuetudo appellatur, & legem imitatur iuxta varios gentium mores, & regnantium inſtituta, quæ tacito populi conſenſu mutari ſolet, & quod vno tēpore inualuit, altero vel ex toto aboletum, vel maiori ex parte ceſſatū, iterū introductū obſeruatur.

3 Iura feudorum conſuetudines appellantur, & ideò non mirum, ſi in ipſorum origine, progreſſu, & extinctione maximè viuentium mores, & viuendi ne dum vtendi varia forma inualuit.

4 Feuda ab vſu, & conſuetudine ortum viuendi, modum, & extinctionem, ſiue mortem nouerunt.

5 Feudorum Iura pluſquam altera Iuris pars ex tempore, tàm circa formam eſſendi, & viuēdi ex varijs inueſtiturarū formulis, quàm circa reliqua variationē ſēſim ſenſerūt, ex temporum & locorum, ſiue regionū varietate, & ideò errauerunt moderni feudiſtæ, qui obliti, quod in feudis verſentur, quæ à conſuetudine ſuaptè natura variabili pendēt, dum quærunt, vtrum in dubio in Regno Neapolitano præſumēdum ſit, feudatarios viuere Iure francorum, adeò addixli teſtimonia antiquorum, ac ſi de re omninò inuariabili tractarunt, non diſtinguendo tempora, & num. 6.

7 Notorium facti permanentis eſt vndiq; patens in omnibus feudis Regni, pauciſſimis exceptis, ius Francorum attēdi exploſa priſca Longobardorum diuiduitate, ex qua corruptio, feudorumque annichilatio procedebat.

8 Longobardorū leges in vniuerſum conſtat in Regno eſſe antiquatas, & Ius Romanorū circa allodialia receptū.

9 Iuris diſpoſitio mutatur mutato rerum ſtatu.

10 Vſus præteriti, vbi contraria ratio ſuperuenit, deſtruitur vſus non per viam correctionis, vt contingit in lege; ſed tacitè per noui vſus introductionem, cum tantum habeat de effectu, quantum de vſu.

11 Inueſtitura etſi careat clauſula, Sexus, & ætatis prerogatiua ſeruata, adhuc in dubio in Regno primogenitus ſuccedit, cum præſumendum ſit, feudum conceſſum ſecundum generalem Regni conſuetudinem, feudorū diuiditate penitus aboleta, tàm ex Regni Conſtitutione, quàm ex Capit. conſiderantes, & ex Regiis Pragmaticis.

12 Doctoribus, recentioribus de conſuetudine atteſtantibus magis, quàm antiquioribus credendum eſt, cum de præſenti conſuetudine dubitari contingit, non de priſca, & antiqua.

13 Berniæ teſtimonium de feudorum conſuetudine ſecundum Ius francorum in Regno affertur.

14 In feudatio ſi fiat ſecundum conſuetudinem Regni, in dubio intelligitur ſecundum Ius francorum, cum in Regno viuatur Iure francorum in feudis ex ſententia Andreæ.